



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

TERTIA PARS  
SVMMAE THEOLOGIAE  
ANGELICI DOCTORIS

S. THOMAE AQUINATIS,

Cum Commentarijs

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS  
D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Predicatorum S. R. E. Tituli S. Xysti Presbyteri Cardinalis,  
artium, & sacrae Theologiae Doctoris celeberrimi.



**V**IA Saluator noster &c. Debitum D. Tho. samu B  
latum peritioribus cupiens, expeditis comentatio  
nibus trium libroru suae summae, ad vltimu me  
confero, expositoris textum multaru qonũ  
secundum modũ in comentarijs. lib. inchoatum  
(ut petentibus hoc, morem gera) adducturus qd

rõnis fideiq; luminu  
consonũ apparebit,  
firmado semper rone  
aut auctoritate  
oem sententia. ut nul  
lus mex auctoritati  
reteretur locus. Di  
uiditur igitur preses  
liber (ut in illius ap  
paret principio) in  
partes tres principa  
les: quarũ prima de  
dño nro Iesu Chri  
sto usque ad q. 60.  
protenditur: secunda  
vero de sacramentis  
inde inchoas, imper  
fecta relicta est ob  
immaturã doctoris  
mortem: tertia autẽ  
de immortalũ uita re  
surgentiũ, oino defic  
cit. Nos autẽ si eius  
ope Deus dederit,  
quasda adiangemus  
qones circa uilla ad  
aiarũ salutẽ, q̄ oppor  
tuna apparebunt, ne  
repetere aliorũ dicta  
contingat. Prima aut  
pars de Iesu Chro,  
in sex partes distin  
guit: prima de uoio  
ne filii Dei & huma  
na natura usque ad  
15. q. inclusiue: secun  
da de his que conse  
quũtur unionẽ, a 16.  
vlq; ad 26. tertia de  
ingressu Saluatoris i  
mundũ, a 27. vlq; ad  
39. quarta de p̄gressu  
Saluatoris in hoc  
mundo, a 40. vlq; ad  
45. quinta de exitu  
Saluatoris ex hoc  
mundo, a 46. usque  
ad 52. sexta demum  
de exaltatione Salua  
toris post hanc uirã,  
a 53. usque ad 59.  
tractat. Secda deinde  
principalis pars de sacramentis in octo distinguitur partes, qua  
rum prima de sacramentis in communi, reliqua septem de sin  
gulis septem sacramentis sigillatim tractant.

PROLOGVS.



**V**IA saluator  
noster dñs  
Iesus Chrs,  
teste ange  
lo, populũ  
suum saluũ  
facies a pec  
catis corũ,

uã ueritatis nobis in seipso de  
monstrauit, per quã ad beatitudi  
nẽ immortalis uitẽ resurgẽdo  
peruenire possimus, necesse est,  
ut ad cõsumationẽ totius theolo  
gici negotij, post cõsideratio  
nem ultimi finis humana uitẽ,  
& uirtutum ac uitiorum, de ip  
so oium Saluatore, ac beneficijs  
eius humano generi præstitis,  
nra cõsideratio subsequat. Cir  
ca quã primo cõsiderandũ oc  
currit de ipso Saluatore. Secun  
do, de factis eius, quibus salutẽ  
cõsequimur. Tertio, de fine im  
mortalis uitẽ, ad quam per ipsũ  
resurgendo peruenimus. Circa  
primum duplex cõsideratio oc  
currit. Prima est, de ipso incarna  
tionis mysterio secundũ quod  
Deus p̄ nostra salute factus est  
homo. Secunda de his, quã per  
ipsum Saluatorẽ nostrũ, i. Deũ  
incarnatum sunt acta & passa.

QVAESTIO PRIMA.  
De conuenientia incarnationis, in sex E  
articulos diuisa.



**C**IRCA primum tria cõ  
sideranda occurrunt.  
Primò quidẽ, de con  
uenientia incarna  
tionis Christi. Secundò, de modo

Super Quaestiois primæ Articulum primum.

**I**N titulo i. artic. i. quaest. nota duos terminos, scilicet ly. incar  
nari, & ly. conueniens. Nam ly. incarnari plus significat quã  
exprimat: explicat siquidem nihil aliud, q̄ carnem assumere, vel  
carnem fieri: signifi  
cat autem hominem  
fieri etiam secundum  
carnem: ita quod ca  
ro ut infimus termi  
nus quicquid nobis  
hinc est in homine,  
concludit: & ut sic  
denominat naturam  
humanam integram:  
nam si Deus ulque a deo  
semetipsum exi  
nauit, ut conuenien  
ter caro fieret hu  
mana, multo magis  
conueniens est, q̄ sit  
factus homo secundum  
animam & hu  
manitatem integrã.  
Merito autem theolo  
gi hanc diuinam  
exanitionem uoca  
bulo incarnationis  
significant: quia Ioan  
nes Euangelista pro  
pter dictam rationẽ  
eodem docuit uoca  
bulo, dicens. Et uer  
bum caro factum est.  
Ly. conueniens, cũ  
se habeat ad possibi  
le, ut minus commu  
ne ad magis com  
mune, claudit in se  
possibile, & addit  
super illud: omne  
siquidem conueniens  
est possibile, sed non  
econtra, ut patet de  
monstris: est enim  
monstrum possibi  
le, sed non est con  
ueniens, cum con  
clutim igitur fue  
rit, quod Deum in  
carnari est conue  
niens, monstraum  
erit simul, quod est  
possibile. Rurũ si  
perspexeris quod ly,  
conueniens, absque  
quacumque deter  
minatione in hoc titulo ponitur (dum non apponitur ali  
qua limitatio; puta, ad hoc uel illud secundum hanc uel illam  
rationem, aut aliquid huiusmodi) uidebis, quod quaestio præ  
tertia S. Thomae.

ARTICVLVS PRIMVS.  
Vtrum conueniens fuerit. Deum  
incarnari.  
**A**D PRIMVM sic proceditur.  
A. V. q̄ nõ fuerit cõueniens,  
Deũ incarnari. Cũ. n. Deº ab eter  
no sit ipsa essẽtia bonitatis, sic  
optimũ est ipsum esse sicut ab e  
terno fuit: sed Deus ab aeterno  
fuit abiq; omni carne, ergo con  
uenientissimũ est, ipsum nõ esse  
carni unitũ. Non ergo fuit cõ  
ueniens, Deum incarnari.  
¶ 2. Præ. Quẽ sunt in infinitũ di  
stãtia, in cõueniẽter iungũtur: si  
cut inconueniens iũctura esset,  
si quis pingeret imaginẽ, in qua  
humano capiti ceruix iũgeretur  
Tertia S. Thomae. A tens

d. 3. r. q. 1. ar.  
t. 2. Et. c. 6.  
c. 40. 49. 53.  
54. & 55. Et  
op. 2. 5. &  
6. & op. 3. c.  
207. & 209.

sens de contingentia incarnat' onis non ad hunc vel illum finem aut effectum, sed absolute est: & propterea ex propriis Dei, & incarnationis absolute decidenda est questio ista. Cuius sensus est, an Deum fieri hominem, etiam secundum carnem fuerit conueniens.

In eodem tituli 1. ar. dubium occurrit: quia auctor uideatur inchoasse saluandum, nam ante istum articulum debebat inquiri, an Deum incarnari sit possibile: tum quia ista quod non debet in discussa relinquatur, sed in proprio loco tractari: contra autem possibile esse negatur, licet prius, quia conueniens, cum sit conueniens, & innata sit nobis uia ex coloribus procedendi, ut dicitur in 1. Phyl. tum quia auctor ipse non solus in principio sententia inchoari a possibilitate, cur ergo non inde incipit in hoc opere?

Ad hoc dicitur, quod quia nulla scientia probat summum subiectum, sed supponit illud ut patet in 1. Post. & huius libri subiectum proprium est Iesus Christus, hoc est Deus incarnatus: ideo ars ipsa exegit, ut non quaeretur hic, an possibile sit Deum incarnari: hoc non esset librum istum non presupponere Deum incarnatum. Nec tamen omnino indiffusa dubitatio haec relicta est; sed tractando conuenientiam incarnationis ex natura ris extremorum, Dei & humanae naturae (ut in hac littera sit) excluditur impossibilitas incarnationis, & manifestatur simpliciter dictum est conuenientia eiusdem: ita quod sub titulo conuenientiae satisfactum est, & a terrie de possibilitate incarnationis, & articulo procedendi. Quod autem in 3. sententia inchoauerit a possibilitate, non obstat proposito: quia in illo opere non erat ipsa ordinatio doctrinae, sed ut commentator quaestiones emergentes mouebat, hic autem ipse auctor est ordinis doctrinae: & ideo articulo procedens supponit Deum incarnatum, & quaerit de illius conuenientia.

In corpore in eodem 1. ar. unica est conclusio rursus quaestio. Conueniens fuit Deum incarnari. Probatur. Vnicuique rei conueniens est, quicquid competit illi secundum rationem suae naturae, ergo Deo conueniens est quicquid pertinet ad rationem boni, ergo Deo conueniens est summo modo se coniungere creature, ergo conueniens fuit Deum incarnari. Antecedens manifestatur ex hoc, quod ratiocinari conuenit homini, quia secundum rationem suae rationalis naturae competit. Prima uero consequentia probatur: quia ipsa natura Dei est essentia bonitatis, ut Dion. dicit. Secunda autem consequentia probatur: quia ad rationem summi boni spectat summo modo se coniungere creature. Quod probatur: quia ad rationem boni spectat se coniungere alijs. Tertia denique consequentia probatur: quia hoc, quod est summum bonum, seu Deum summo modo se coniungere creature, maxime fit per hoc, quod naturam creatam se sibi coniungit, ut ex Verbo, anima, & carne, una fiat persona, ut Aug. dicit. Hic est planus processus lre.

In antecedente huius processus hoc solum notandum occurrit, quod propter sui claritatem in littera manifestatur in una sola natura, cum potuisset inductus manifestari in omnibus: scilicet enim fuit inchoasse inductionem in re iam manifesta.

In primo consequente, scilicet Deo conueniens est quicquid pertinet ad rationem boni, memento distinguere quod aliud est loqui de ratione boni, & aliud de ratione talis boni, puta, angelici, caelestis, humani, leonini & aliorum specialium bonorum. Multa namque sunt, quae spectant ad rationem talis boni, quae non spectant ad rationem boni absolute: latere siquidem ad bonitatem canis, ratiocinari ad bonitatem hominis, moueri ad bonitatem caeli, & sic de alijs propriis bonis creaturarum spectant: & tamen nihil horum spectat ad rationem boni simpliciter, & propterea nihil horum conuenit Deo: sed quicquid pertinet ad rationem boni non limitati ad hanc uel illam naturam creatam, sed absolute considerati, tum conueniens est attribueri Deo, quia natura Dei est ipsa bonitas.

Circa secundam conuenientiam, scilicet ergo Deo conueniens est summo modo se coniungere creature probationem, scilicet quia ad rationem boni pertinet, ut se alijs communique. Et dubium primum occurrit: aliquando Deo ab aeterno, dum se non communicauit alijs defuisset aliqua perfectio, quod est impossibile: quod autem nullam perfectionem importat, non spectat ad rationem boni,

cui nihil preter aut extra boni latitudinem conuenire fas est, non recte igitur assumitur, quod communicare se alijs pertinet ad rationem boni.

Circa eundem sequela probationem eandem dubium secundum occurrit: quia inefficax inuenitur, quoniam transitur ex naturali conditione boni ad uoluntariam boni conditionem. Quod non licere patet ex eo, quod uoluntaria libera a bono procedunt: non enim inferuntur ex naturalibus, utpote necessarijs & alterius ordinis, non ergo ex qua cumque Dei naturali conditione potest efficaciter inferri aliquid opus ipsius liberum, ut patet. Manifestatur autem hunc errorem in hoc passu interuenire: quia ex spectantibus ad rationem boni inferuntur summum bonum, ac per hoc Deum communicare se ipsi creaturae. Constat enim quod pertinentia ad rationem boni conueniunt ipsi bono & Deo naturaliter, & quod communicare se ipsum conuenit Deo summo bono libere: non recte igitur procedit sum est in littera.

Ad primum dubium dicitur, quod licet posset distinguere conuenientiam in actu (quae in Deo est sua substantia) & secundum quod importat illationem effectus ad extra, ut in 1. lib. patuit: quia tamen non oportet in proposito ad hanc recurrere, sed quod simpliciter est, quod communicare se alijs non importat perfectionem, & probatio eius non ualere ex eo, quod non ponit perfectionem in communicante, inferens ergo non importat perfectionem in actu, quod importat perfectionem, & non in communicante, sed in illis, quibus communicatur. Et uere sic est, nam bonum conuenit se ipsum alijs, datur quod nullam addat perfectionem bono conuenienti se ipsi: necessario tamen perfectionem ponit in illis alijs, quibus se ipsum communicat, & ad naturam boni spectat conueniens se se ipsum alijs, non ut ipsum communicans sit melius, sed ut alia bonificentur per ipsum, & propterea ratio licite uerum assumitur, & optime procedit ad intentum.

Ad secundum dubium dicitur, quod cum bonum sit unum transcendens & comprehendat sub se non solum bonum secundum esse naturae, sed etiam bonam uoluntatem, ac per hoc abstractat ab utroque essentia & causandi modo, per modum naturae uel uoluntatis, consequens est quod, quod pertinet ad rationem boni, non minus quam ipsum bonum & illius ratio, abstractat a modo naturae uel libertatis, ac per hoc conuenit se ipsum pertinere ad boni rationem, intelligendi est non determinate per modum naturae, aut libere, sed eorum, & indeterminate, ut in uoluntate uel uoluntate, secundum illius modum, unde & in littera non concluditur aliquis duorum modorum communicandi se: sed ab solute, quod communicare se ipsum creature, supremo modo (siue hoc fiat naturaliter, siue libere non exprimeudo) spectat ad summum bonum, & rationem, quia si bono conuenit communicare se, consequens est, quod magis bono conuenit magis communicare se, & consequenter summo bono conuenit summo communicare se: ualde patet, quod non inferuntur uoluntarium, ex naturali: sed commune ex communi.

In tertia consequentia memento primo formaliter intelligere terminos, distinguendo de creatura uel de creatura tali, puta, homine, angelo uel ego, & non est hic sermo de creatura tali, sed de creatura absolute, cui assumit, quod summo bono conuenit summo modo se coniungere creature. Notare secundo uerba, & signate mysteria ex summo modo communicare se creature, inferuntur in carnationis conuenientia. Tribus namque modis plusquam genere diuersis Deus qui est ipsum summum bonum, in eligi potest conuenire se ipsum creature. Primo, quasi naturaliter communicando se ipsum, & sic communicauit se ipsum uniuerso, creando & conseruando libere uniuersum. Secundo, super naturaliter communicando se ipsum, & sic communicauit se ipsum uniuerso, eleuando omnes intellectuales & rationales substantias in consortium diuinae naturae per gratiam: cuius non solum capaces gratuita benignitate effecti: sed etiam actualiter participes ab initio, ut in 1. lib. auctor ex Augustini auctoritate deduxit. Est autem inter hos duos modos tanta distantia, quod iuxta primum modum diffi-

Epif. 2. de  
medum  
lius, tom. 1.  
inter opus  
Aug.  
3. di.  
2. ar.  
& di.  
1. q. 1.  
ad 2.  
ca. 1.  
illius  
ca. 1.  
illius  
1. q. 1.  
p. 1. q. 1.

habe sunt participaciones, imitationes atque similitudines Dei, sic, ut consueverunt illis substantia rerum, quas naturas entium dicimus, cum suis conditionibus naturalibus. Deus autem ipse extra & supra totum uniuersum in sibi soli propria excellentissima natura remanet solus in simplicibus fruitione beatus. Iuxta secundum autem modum naturae suae propria Deus communi cavit creaturam, scilicet uidere Deum, frui Deo uiso per essentiam, esse confortem diuinae naturae per gratiam inchoatae, & per gloriam consumatae.

Quae quia non possunt sic communicari, ut naturalia aut conaturalia sint creaturae, ideo supernaturaliter, ac ex superabundantiore gratia Deus, quod sibi soli ex naturali ordine remanserit proprium, commune fecit creaturam, ut conregnaret cum illo beata in illius quocumque uisione ac fruitione: ita quod Dei communicatio, quae impossibilis est naturali ordine, concessa est secundum supernaturalem ordinem gratiae. Tam excellentissimus autem est amor summi boni erga creaturam, ut non fat fuerit illi communicare se secundum naturalem ordinem creaturae, creando uniuersum, nec etiam fat fuerit eidem communicare se creaturam secundum ordinem gratiae eleuando ipsam ad consortium diuinae naturae: sed ad id unum quod reliquum erat & inexcogitabile, eleuauit creaturam ad personalitatem, scilicet diuinam, quod ad tertium, & supremum modum communicandi se spectat: secundum siquidem hunc tertium modum communicat se Deus creaturam, non tribuendo illi similitudinem, aut donum aliquod creatum naturalis, uel supernaturalis ordinis: sed propriam personam secundum suam propriam substantiam, quam in semetipsa habet, communicat creaturam, sicque sibi Deo & creaturae naturae communem personam facit, ut creatura, hoc est homo fit secundum rem uerbum Dei, quod est Deus. hic proculdubio est summus modus, quo summum bonum communicare se potest creaturae: non est enim intelligibilis maior modus, quo possit communicari Deus creaturae.

Hoc autem modo Deum communicasse se creaturae, & non solum creaturae tantum, ut patet per illud Apostoli Romano. primo. Inuisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur: sed sicut Damasc. dicit in principio 3. libri \* per incarnationis mysterium monstratur simul bonitas, & sapientia, & iustitia & potentia Dei uel uirtus. Bonitas quidem; quoniam non despexit proprii plasmatis infirmitatem. iustitia uero, quoniam hominem uicini non alio quam homine fecit uinci tyrannum, neque ui eripuit ex morte hominem: sapientia uero, quoniam inuenit difficillimi pretii decentissimam solutionem: potentia uero siue uirtus infinita, quia nihil est maius, quam Deum fieri hominem. ergo conueniens fuit Deum incarnari.

RESPOND. Dicendum, quod unicuique rei conueniens est illud, quod competit sibi secundum rationem propriae naturae: sicut homini conueniens est ratiocinari: quia hoc conuenit sibi, in quantum est rationalis secundum naturam suam. Ipsi autem naturae Dei est essentia bonitatis, ut patet per Dionysium primo cap. de diuin. nomen. Unde quicquid pertinet ad rationem boni, conueniens est Deo: pertinet autem ad rationem boni, ut se aliis communicet, ut patet per Dion. 4. cap. de diuinis no. \* Unde ad rationem summi boni pertinet, quod summo modo se creaturae communicet, quod quidem maxime fit per hoc quod naturam creatam sibi coniungit, ut una persona fiat ex tribus, uerbo, anima, & carne, sicut dicit Augustin. 13. de Trini. Unde manifestum est, quod conueniens fuit Deum incarnari.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod incarnationis mysterium non est impletum per hoc, quod Deus fit aliquo modo a suo statu immutatus, in quo ab aeterno fuit: sed per hoc, quod nouo modo se creaturae uniuert, uel potius eam sibi. Est autem conueniens ut creatura, quae secundum rationem sui mutabilis est, non semper eodem

lex hoc quod incarnatus est, ex eo patet, quod incarnatio est eleuatio totius uniuersi in diuinam personam, nam si pure spiritalis natura, ut est angelica, assumpta fuisset, creatura corporea eleuata non fuisset: & similiter si caelestis natura fuisset assumpta, sensitua, uegetatiuaque creatura, non fuisset huius eleuationis particeps: & similiter, si solum corpoream quamcumque naturam, aut uegetatiuam, aut sensituiam assumpisset, intellectualis natura eleuata non fuisset. Assumendo autem naturam humanam, quod significatur per incarnationem, totius uniuersi, natura eleuata est ad diuinam personam: ita quod Deus uere creaturae absolute se summo modo communicauit: quia totius uniuerso se summo modo communicauit, dum incarnatus est: quia, ut in littera ex Augustino dicitur, sic omnia coeunt in unam personam caro, anima intellectua, & uerbum Dei; haec enim ideo auctor attulit ad probandum ultimam sequentiam; quia per haec significatur totum uniuersum, ac per hoc communicatio Dei ad creaturam absolute habes ergo hinc potissimum, rationem incarnationis ex bonitate diuina erga uniuersum, si potissima ratio est, quo ex comunissimo bono, & pote maxime diuino sumitur, quae Dominus docuit Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.

modo se habeat. & ideo sicut creatura incepit esse, cum prius non esset: ita conuenienter cum prius non esset unita Deo in persona, postmodum ei fuit unita.

AD SECVNDVM dicendum, quod uniri Deo in unitate personae, non fuit conueniens carni humanae secundum conditionem suam naturam: quia hoc erat supra dignitatem ipsius: conueniens tamen fuit Deo secundum infinitam excellentiam bonitatis eius, ut sibi eam uniret pro salute humana.

AD TERTIVM dicendum, quod qualibet alia conditio, secundum quam creatura quaecumque differt a creatore, a Dei sapientia est instituta, & ad Dei bonitatem ordinata. Deus enim propter suam bonitatem, cum sit increatus, immobilis & incorporeus, produxit creaturas mobiles & corporeas: Et similiter malum pena a Dei iustitia est introductum propter gloriam Dei: malum uero culpa committitur per recessum ab arte diuinae sapientiae, & ab ordine diuinae bonitatis. & ideo Deo conueniens est potuit assumere naturam creatam, mutabilem, corpoream & penalitati subiectam: non autem fuit ei conueniens assumere malum culpae.

AD QVARTVM dicendum, quod, sicut August. respondet in epistola ad Volusianum, \* non habet hoc christiana doctrina, quod ita sit Deus infusus carni humanae, ut curam gubernandae uniuersitatis uel deseruerit, uel amiserit, uel ad illud corpusculum quasi contractam transtulerit; hominum enim est iste sensus, nihil nisi corpora ualentium cogitare. \* Deus autem non mole, sed uirtute magnus est: unde magnitudo uirtutis eius, nullas in angusto sentit angustias. Non est incredibile, si uerbum hominis transiens, simul audiretur a multis & a singulis totum, quod uerbum Dei permanens, simul ubique sit totum. Unde nullum in eo conueniens sequitur Deo incarnato.

AD QVINTVM dicendum, quod Deus significatur ut terminum, ac per hoc Deus significatur ut immutatus: terminus enim absque sui mutatione terminare potest. In primo autem modo significatur contra, quantum est ex modo dicendi, non quo ad rem dictam. Melius est ergo uti secundo modo loquendi, & dicere, Deus uniuert creaturam sibi.

In responsione ad secundum eiusdem ar. nota, in littera haberi negationem, Tertia S. Thomae. A 2 tuam,

li. 3. Orth. c. 1. in med. illius.

3. di. 1. q. 1. a. 3. ad 3. & q. 2. ar. 1. ad 1. & di. 4. q. 1. a. 1. q. 1. cap. & ad 2.

ca. 1. a. med. illius.

cap. 4. circa princ.

li. 3. ca. 7. no. 2. ar. 1. ad 1. ar. 1. & 3. d. 1. q. 1. r. 1.

Ex epist. aliquantulis a prin. ca. 2.

In ead. epist. ante med.

tiam, scilicet uniri Deo in persona, non fuit conueniens carni humanae secundum conditionem suae naturae, & non habetur affirmatiua in conuenientia. Et merito, quia uerè negatur de quacumque creatura conuenientia, & quacumque naturalis potentia ad unionem personalem cum Deo: falso tamen affirmaretur repugnantia aut inconuenientia ad huiusmodi unionem, quoniam neutram partem sibi creatura uendicat. Creatura enim secundum naturam suam conditionem

ARTICVLVS II.

Utrum necessarium fuerit ad reparationem generis humani uerbum Dei incarnari.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quod non fuerit necessarium ad reparationem humani generis, uerbum Dei incarnari. Verbo enim Dei, cum sit Deus perfectus (ut in primo habito est) nihil uirtutis per carnem assumptam accreuit. Si ergo uerbum Dei incarnatum humanam naturam reparauit, et absque carnis assumptione eam potuit reparare: ¶ 2. Praeterea. Ad reparationem humanae naturae, quae per peccatum lapsa erat, nihil aliud requirere uidebatur, quam quod homo satisfaceret pro peccato: sed hoc, ut uidetur, satisfacere potuit pro peccato: non enim Deus ab homine plus requirere debet, quam possit: & cum pronior sit ad miserendum, quam ad puniendum, sicut

etiam accepta secundum totam rationem meriti in ea fuit bonum finitum: quia non erat bonum increatum, nec per consequens acceptum a Deo infinite ex parte obiecti: quia non fuit Deus beatus amando illam passionem, sicut est beatus amando essentiam suam. Arguitur etiam, quia infinitas offensae non est infinitas simpliciter, sed secundum quid, ergo non satisfaciens infinitum simpliciter, ut est filius Dei, sed infinitum secundum quid exigit: quilibet autem homo amans Deum ex gratia seu charitate, est sic operans infinitum secundum quid, ut patet. Non ergo ex infinitate offensae Dei inferri potest efficaciter infinita efficacia satisfaciens, sic quod sit suppositum diuini, ac per infinitum simpliciter quod tamen in litera fit.

hominem imputat ad poenam actum peccati, ita imputare debet ad meritum actum contrarium. Non ergo fuit necessarium ad reparationem humanae naturae, uerbum Dei incarnari.

¶ 3. Praeterea. Ad salutem hominis praecipue pertinet, ut Deum reueretur: unde dicitur Malach. 1. Si ego pater, ubi honor meus: si dominus, ubi timor meus? sed ex hoc ipso homines Deum magis reuerentur, quod cum considerant super omnia eleuatum, & ab hominum sensibus remotum: unde in Psalm. 112. dicitur, Excelsus super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius. & postea subditur, Quis sicut dominus Deus noster? Quod ad reuerentiam pertinet. Ergo uidetur non conuenire humanae salutis, quod Deus nobis similis fieret per carnis assumptionem.

SED CONTRA, illud, per quod humanum genus liberatur a perditione, est necessarium ad humanam salutem: sed mysterium di-

peccatis humanae naturae, nec ipsiusmet peccasset. Antecedens patet: quia Deo & parentibus non potest reddi aequiualens, ut dicitur 8. Eth. Consequencia est nota: tum quia redditio aequiualens oportet quod sit de non alias debito illi, cui redditur: tum quia, si actus Christi non sufficit ad adequandum beneficia, constat quod nihil superest sibi, quo possit aliorum culpas adequare. Et quia Durandus in uerbis istis insinuat se loqui de Christo secundum quod homo, quasi abstracto a supposito diuino, patet oppositum esse de mente eius, dicitur in 4. sent. di. 15. q. 1. tam tertium, quam quartum hic dicitur impugnans dicit. Quidam dicit, quod licet homo ex se non possit satisfacere reddendo aequiualens: potest tamen ex hoc, quod sibi coicatur meritum passionis Christi, quod fuit aliquo modo infinitum: sed primum. I. quod nullus possit reddere aequiualens simpliciter, uidetur melius dicitur: quia nec ipse Christus secundum quod homo, potuit Deo reddere aequiualens beneficiis acceptis. cum ergo quicquid erat in Christo, secundum humanam naturam esset totum obligatum Deo, & ei debitum, non potuit esse satisfactio de condigno pro quocumque peccato, considerando naturam operis uel rei: sed solum secundum gratuitam acceptationem Dei. haec ille. Vbi patet ex hoc ipso, quod impugnat positionem dicentem, quod satisfactio Christi est infinita, quod non loquitur de Christo secundum quod homo, abstracto a supposito diuino: quoniam positio illa tenet infinitate esse in opere Christi humano quidem, sed ratione suppositi, cuius est operari: sed loquitur de Christi satisfactio, quam mediante natura assumpta efficit, tam gratias agendo, quam ad adequandum peccata. ¶ Contra quartum dictum, quod omnis alia satisfactio efficax est ex satisfactioe Christi, occurrit ipsemet auctor in 4. sent. di. 15. q. 1. artic. 2. ad primum, dicens. Alij dicunt, quod etiam quantum ad auersionem, pro peccato satisfieri potest, uirtute meriti Christi, quod quodammodo infinitum fuit. Et in hoc idem reddit quod prius dictum est, scilicet quod non potest satisfacere secundum aequalitatem, sed secundum acceptationem diuinam: quod per fidem mediatoris gratia data est creditibus: si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum praedictum. Vbi patet quod auctor idem dat iudicium de satisfactioe mea, siue habeam gratiam per fidem Iesu Christi, siue aliunde habere gratiam, ac per hoc non fit ex satisfactioe Christi satisfaciens simpliciter, sed solum secundum acceptationem, cuius oppositum hic docere uidetur. Et similiter non fit ex satisfactioe Christi efficax, cuius oppositum expresse hic docet.

¶ Ad horum euidentiam aduertendum est, quod quaestio de satisfactioe pro peccato tria habet in hoc opere loca, primum est hic, ubi de necessitate incarnationis per reparatioe humano genere tractat. Secundus est inferius, ubi de necessitate passionis Christi tractat. Tertius

3. di. 4. q. 3. ar. 1. ad 3. & 4. ad 3. & di. 43. ar. 2. q. 2. ad 1. & 4. con. c. 55. 2. Et Pl. 45. 2. par. q. 4. 2. ubi 2.

¶ Super questionis prima articulum secundum.

In ti. ar. 2. nota quod in hoc articulo non queritur absolute, an Deum incarnari fuerit necessarium, sed in 1. ar. fuit quaestio de incarnationis conuenientia absolute.

sed queritur hic de necessario ad certum finem, scilicet reparationem humanam: supponitur enim hic genus humanum lapsum perdidisse salutem suam, & queritur an ad reparationem ipsius necessarium fuerit Deum incarnari. Et scito, quod quaestio ista tractatur a magistro sentiarum in 3. sent. di. 20. respectu tamen passionis Christi.

¶ In corpore articuli quatuor sunt. Primo, ponitur distinctio bimembris de necessario ad aliquem finem. Secundo, iuxta primum membrum ponitur prima conclusio negatiua, & probatur ex ratione diuinae potentiae. Tertio, iuxta secundum membrum ponitur secunda conclusio affirmatiua, & probatur simul cum prima auctoritate Aug. Quarto, probatur sola secunda conclusio tripliciter. Primo, de utilitate ad promotionem ad bonum quintuplex, scilicet fidei, spei, charitatis, operis recti, & diuini confortii. Secundo, de utilitate remotiua mali etiam quintuplex, scilicet uirtutis diabolicae, deiectionis propriae, praesumptionis, superbiae, seruitutis peccati. Tertio, quia sunt plurimae aliae incomprehensibiles homini utilitates. Et contextus literae clarus est ualde.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 2. ar. dubia multa occurrunt circa multa ibi dicta, dicuntur siquidem ibi quatuor. Primo, quod purus homo non potuit sufficienter adequando culpam commissam satisfacere pro peccato. Secundo, quod una huius ratio est quia peccatum contra Deum commissum habet quandam in finitatem ex officio diuinae maiestatis. Tertio, quod satisfactio Christi est perfecta secundum adaequationem ad culpam commissam. Quarto, quod omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a satisfactioe Christi. Et horum singula suas habent obiectiones.

¶ Contra primum siquidem arguit Scotus in 4. sent. di. 15. q. 1. satisfactio est redditio aequiualens pro aequiualens: sed quantum malum fuit auersio a Deo per peccatum, tantum bonum est conuersio ad Deum per charitatem, ergo purus homo potuit aequiualens reddere. Praeterea, quantum bonum natum fuit in esse actui meo, tantum bonum & non plus abstulit peccatum meum, & tantum bonum potest in esse actui secundo, ergo, per illum actum omnino aequiualens redditur. Tertio, Deus de potentia absoluta potuisset dare peccatori post attritionem tanquam dispositionem & meritum de congruo gratiam, per quam motus eius fieret contritio, & sic per satisfactioem aequiualens deleuisset peccatum; quia per illum actum redderet Deo aequiualens illi bono, quod abstulit peccatum. Affert quoque Capreolus in lib. 1. dist. 4. argumentum Aureoli: sed in idem redit cum dictis.

¶ Contra secundum dictum, scilicet quod infinitas offensae causat impossibilitatem satisfaciendi puro homini, arguit Scotus ibidem. Si infinitas in peccato prohibet satisfactioem possibilem, etiam prohiberet eam positam in passione Christi, quia passio Christi